

**KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION
FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY**

START

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

**This film may not be removed from the depository. No part
of this film may be reproduced without written permission
from St. Louis University.**

KP 22007

T



VAT. LAT. 3464

C E M T.

85

Antonii Cardinalis Carafæ Bibliothecarū
Munus ex Testamēto.



2

Athosii Cardinale Cimini Bibliothecarii
Illiusque et Testimoniis.



PAVLO QVARTO PONTIFICI MAXIMO EI ⁊

DEM Qꝫ OPTIMO ⁊

Laurentius Belus Seruus Felicitatem



Occupationum cumulus PONTIFFX MAXIME

O quibus meus pater superioribus diebus usq; 3
quaq; distinebatur efficit ut prouinciam sibi
a tua sanctitate demandatam mibi facile delegaret: id
est ut locum in Justiniano Codice titulo de sacrosanctis 3
ecclesis interpetrarer: vbi legitur. Nemo Apostolorum vel
Martyrum & cetera: quem pro viribus explicatum pa-
ter non improbavit: illicoq; iusit ut tuo sacratissimo no-
mini dicatum ad te quam primum transmitterem: Mo-
rem gessi: sed ut satcar. prope inuitus: tum quia plerumq;
iudicium patri ipso amore in filium cæcipientis falli-
tur: cum etiam quia persuasum habebam nihil a me s-
tam exactum ex cogitari potuisse quod licet non nullis
probaretur: uni tibi satisfaceret: is enim est quod citra
suspitionem aucupande gratia testari licet: quem virtu-
tis omnes sibi quasi gratis sum aliquod domiciliu tem-
pli qꝫ delegisse uidentur: Quamobrem meus hic libellus
exquisitissimum tuum subiurus iudicium iam totus cum
auctore tremiscit: atq; horrescit: sed cum coactus ueniat:

I
DOMINUS OPTIMUM
ueniam deprecatur: eaqe magis est dignus, quod e penus
meo satis exili cunctas ferre depromere necesse habui: uide-
tur non utriusqe iuris interpretis istam sactionem quam il-
lustrandam suscepi, nec non canonos ad eam pertinet:
non prof*u*stare, sed o*f*facere, immo quari canes egypti curri-
do lambere: quin etiam pauca illa que monumentis marda-
runt cummerias (ut dicitur) tenebras multis in locis
offuderunt: proinde magna ex parte a me sunt explo-
sa: cum non tam auctoritas eorum qui se docere pro-
fidentur, quam rationis momenta querenda sint: Acce-
dit buc quod succinuis horis elucubrandum fuit: man-
cipatus: non sum amplissimo Cardinali Consiliario, vi-
ro plane incomparabilis prudentia, tuiqe amantissimos
quantum ergo is oty mibi tribuit: id ad hoc scribendum
potissimum cotuli: Sed ut prefari derinam quicquid est in-
tul moi laboris penum, ea lege tibi traditur, ut cauge-
tur, ut errator*p*oenas & unguem, et obeliscis luat: ita non
securius cumtu cadauerum, qui refractis iam pudoris et re-
uerentie clavistris in templo irrupti uel edicto contendet,
uel eum ex iure manuconsertum vocabit, quod in alienas pos-
sessiones (ut inquit Cicero) ta temere irruerit. **Vale.**

I M P P P , Gratianus & Valentianus. **S**ecunda M.
Theodosius August . Pancratius . Prefecto Urbis .
Nemo Apostolorum vel Martyrum sedem
humanis corporibus existimet esse concep-
tus. **N**emo. Quamquam hae dictio uniuersalis est negati-
ua: soletqe prouide cunctos excludere: uerum tamen dubita-
non potest an intelligenda sit etiam ut loquatur de comite du-
ce, ac alio quouis illustri, ac spectabili uiro: dicit non Joan-
nes Andreas quod is qui inter alios supereminentem quali-
tatem habet, nisi priuatum nominetur, non uidetur sub ge-
nerali constitutione comprebendi: nam quae speciali nota
sunt digna censemur omessa: Si de illis nominatim non dici-
tur: Verum existimo, quia hae constitutio promulgata fuit
ob diuine M*aiestatis* honorem, dignitatemqe ampliandam
ut omnes indistincte complectatur: Sane quantum ad deis
cultum omnes pares sumus:
Apostolorum vel mart. exprimantur hic Apostolorum,

Martyrum basiliæ quoniam plures aedē in eorum honorem constructe fuerunt, q[uod] in aliorum sanctorum: ut in his torys proditum est: ac hodie cernere licet: unde si hoc est dictum ratione frequentioris usus, merito non debent excludi reliqua templā: sed esto q[uod] tanta ratio non militet in plurimis eccl[esi]is, ueruntamen quia lex nostra favorabilis est, ad eas quoq[ue] permittitur extensiō: comprobat h[oc] etiam Accursius in lege que sequitur: ubi idem Imperatores ita edixerunt: Ne[m]o Martires dislrabat, nemo meretur, & ipse addit uel aliorum sanctorum: quinimmo in hoc eodem uerborum contextu idem testatur dum ponit uel confessorum. Celsat proorsus omnis hesitatio si queratur de templis, ut fere sunt omnia, in quibus sacrosancta uiget Euc[harist]ia: que sicut potior est ceteris, ita potius excoli et uenerari debet: et si iubemur uenerari domum in sanctis suis, multo fortius in se ipso: spectat huc Hosteniensis dictum bis uerbis: priuilegium quod ob honorem dei et reuerentiam eccl[esi]as conceditur, ex mente iuris est ut ubi est maior ratio, fortius extendatur. Ne aduersatur si quis argumentum sumat ab eo canone quo prohibetur sepulchrum prope altare ubi corpus et sanguis domini conficitur: arguendo scilicet a contrario sensu ut permisum uideatur ut extet pro-

cul ab altari: nam non intelligitur ibi de altari quod est in eccl[esi]is: quod patet, quia dicit canon infra eccl[esi]as uero, aut prope altare, ponitur ergo ut res non contenta infra eccl[esi]am. H
Sedem Quero quid hic significet sedes, an loculum tantum in quo conditae sunt ossa sanctorum, an uero totam eccl[esi]am. Accursius in primis exponit sedem, id est sepulturam: nihil addens quod sententiam comprobet: uerum adduci potest Paulus iuriuſ consultus in tractatu de religioſis et sumptibus funeralium, qui accipere uidetur sedem pro ipso loco, ubi corpus quesicit: et Virgilius libro sexto: sedibus buc refer ante suis l. 1. si quis eo anno ff. de relig. sumptuſ. et conde sepulchro: secundo idem hoc pacto declarat: sedes Apostolorum est eccl[esi]a, quia reliquiae eorum sunt in eccl[esi]is: et quamvis huiusmodi expositionem liquido non confirmet, uidetur tamen tacite eam comprobare cum postremo lata sit: et ego quoq[ue] tandem amplector, cum magis f. 1. qui filium 6. Sabinius ad am. con. trib. pro religione faciat: nimurum compertum est, n. sedem ali l. sunt persone ff. de relig. quando ponit pro habitaculo ac domicilio: Cicero in uerrem Sicilia tota si una uoce loqueretur, hoc diceret quot aurum, quot argenti, quot ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris suis: expressit sedes pro dominibus: et Cesaris

crescente a populi multitudine mutare sedes statuerunt:
uerum quod ecclesia dicitur domicilium vel habitaculum
sancte cui dedicata fuit exploratissimum est.
Humanis corporibus existimet esse concessam.
Hec uerba usq; eo transserunt nostros interpretes, ut omnes hic
uno quidem ore quatuor, et uarios intellectus inculauerint:
obscuritatis autem causa (ut puto) deprauatio est: quam iu-
dicio meo tollet, qui ita legit: humandis corporibus: Ego ut
breuitati consulam, omisso alijs, eum tantum referam, qui
mibi receptione uidetur: is est ut hac lege uetitum sit. in delub-
nis mortuorum tumulare: hunc n. putat esse ueriorum sensum
constitutionis huius alciatus vir impense doctus: ac idem sen-
tire uidetur Albericus: et ut ipse refert Azo in summa Albe-
ricus n. hanc tantum interpretationem affert, in hac uerba:
Nota quia non memini me alibi in iure ciuili reperiisse q; mul-
lus debeat in ecclisia sepeliri: et ita etiam tenet Azo in sum-
ma huius tituli: At qui dum subiicit huiusc constitutionis
rationem esse, quia ecclisia est res sacra: et ideo uisibus prua-
torum deputari non debet, mihi parum probatur: haec n. si
foret ratio, sequeretur homines neq; in cemiterio, quod pari-
ter sacrum est, sepeliri posse: E quidem arbitror, id primo:

institutum fuisse, quia summa iniuria diuinum numen?
afficitur, cum damnati corpus in sacris edibus funeratur
quod ex eo colligitur, quia deus ipse plerisque uindex exti-
tit, si quando intemps tale monstrum fuisset humatum:
D. Gregorius Archyepiscopus Turonensis tradit in suis bi-
storijs, cadauer cuiusdam Antonini, qui praeue uixerat no
potuisse in aede diuini Vincentij sepultum permanere: ita
uero miraculum memorat: factum est ut impletis diebus
migrans e seculo in basilica sancti Vincentij sepeliretur: in
qua ipse sibi uiuens uas depositar: uerum ubi cunctos
sub altz noctis silentio sopor arripuit, et omnes blandien-
te somno de dissent membra quieti, sarcophagus ille a sancta
basilica per fenestram proiecitur, et in medio deponitur
atri: mane autem facto ibi repertus est, effratum super
se opertorum habens: deniq; propinquai illius non intelli-
gentes uirtutem dant: neq; sentientes sancti iniuriam, in cu-
ius templo indigne temere sepelierunt: iterum deposito
sarcophago in loco in quo prius ferat altius suffoderunt: al-
tera uero illucescente die inuenierunt cum foras eiectum,
Hon me fugit D. Gregorium libro quarto dialogorum ple-

raque alia referre: sed ea non repeto, ne uerbosos uide-
ar facere commentarios: forte igitur imperatores hoc i
percipientes hac lege sanxerunt, ut in posterum nullus in
eccllesia sepeliretur: namq; cum nos certo non sciamus qui
nam a deo boni sint iudicandi, opere pretium fuit hoc ge-
neraliter edicere: quippe cum in ambiguo uerbamur omnis
Studio cauere uolumus ne diuina Maiestas offendatur, il-
lud eligendum est, quo res in tuto collocatur, esto quod in
arg. eorum que tradit. Alii ad audiendum de hom.
sonter afficiere quod ammodo uideatur: Quamuis ergo lex
ista durior sit, cum pariter probas et improbos apta sit ex-
cludere, potest tamen uideri non iniqua cum tutior sit. Et si
licet haec quoq; spectare uideantur ad eas qui iure cano-
nico sunt excepti, ut sunt laici propè sancti ac ceteri de
quibus aliis mihi ad dicendum est constitutus locus, ta-
men quia non ita de eorum salute dubitandum est, huius-
modi constitutione non ligantur: y nangs teste archidiaco-
no, quamuis corpore mortui sint, spiritu tamen intelligun-
tur uiuere: credendum est enim ut alibi sentit diuus Augu-
stinus, quod eorum deus in suprema die non obliuiscatur,
qui dum ualebant illius minime fuerunt oblii.

p. Archi. i. nullus. 12. q. 2.

arg. I. Basilian. C. de op. pub.
Secundo existimo inter alias quoq; causas huius constitu-
tionis religionem quoq; ipsam, siue quod auunt latriam nos
in posterum locum sibi uendicasse: etenim cum nostrorum cor-
pora in camitrio sepelimus a templo diuertens nos ipsos in-
dignos esse tacite fatemur eo loco ubi Deus habitare censetur:
quod quidem reverentie plenum, ac subiectiois est inditus.
Sicut de Centurione proditum est in Euangelio: qui cum q;
dixisset o domine non sum dignus ut intres sub tectum meum,
honoris fuis in Christum in hac sua humilitate fuisse creditur.

arg. I. Basilian. C. de op. pub.
Tertio monumentorum structure amplitudinem templi com-
minuunt, ut liquido constat: eiusq; decoram faciem deformat:
Hoc urget si quispiam dicat, quinimum maximo sunt orna-
tio nunc sacri adib; sepulchra, cum editissima surgant, ua-
riis imaginibus illustrata, pleraq; etiam ex paris marmore
nitant: ac ea denique increbuerit eorum magnificencia, ut il-
la Platonis lege opus sit, qua uetus nec e lapide extari plus
nec imponi quam quod capiat laudem mortui incisam quatu-
or beroci: uerbis: aut altera qua maiores nostri aliquando
sunt usi: qua sancti erat: ac quis monumenti facient operi-
suis quam quod decimbonina effeccent triduo: neq; id opere
tacito exornauerit: ac si prosequar quis neget que per se pulchr

sunt, si adornentur fieri pulchriora? Cgo ut obiecta diluaz.
hoc in pleriq; non concedo: sunt enim multa quoru; splendo-
rem, si quid adiunxeris obscures, et non illustrer: adeo scilicet
sunt in sua materia optimo statu, ut demutari ab illo nra;
in peius non possint: marmorea domus picturam non recipit:
si opus albarum superinduxere: demas de dignitate, de pul-
chritudine: quin et nunc vulgo et apud veteres in proverbi-
um cessit: bonas formas cerusa deformari. Reuerendum
quoddam atq; per se diuinum est templu: illisq; ornamenti
est contentu: que diuoru; tantu; gratia comparata sunt: quibus
decoratu: simul, et impermxtu: se haberi vult: itaq; que
quid interposueris de his monumentis que non in dei: sed per-
cantum nomen eriguntur, coarctaueris, inficeris, et adultera-
ueris: vanitatis hoc sunt indicium, ac iranis gloriis summo-
per decstante: quod et insolentes tituli propo; inscripti, ar-
ma simul, ac auxilla suspensa, s; epenumero testantur: ut ex-
clamare liceat terentianus uerbis, o calum, o terra, o marcas
neptunia: quid enim spectari potest indignius in domo regis
pacifci, q; ea superbo quodam fasibus sublimi posita confi-
cere, que belli sunt instrumenta, quaq; fuerunt in Christia-
norum capita frequentius illata? Magno tamen fomen-

to communis hic, et antequis dolor iam acquiescit:
Sanctissime Pontifice, quod speramus te, cuius erga
Deum pietas omnium linguis celebratur, quis in religi-
onis causa te semper Herculem prestitisti, buiximus
di porzana pincul a sacrosantis edibus ab ipso propere
iussi. Sane nos omittendum est fore aliquando q; qui
attente supplicandi gratia in ecclesiam ingredi statuissent, q;
dum luculenta sepulchra inspiciunt, ut oblectamentis animo
alienati, vel instituti prorsus immemora, ad alia se conferat
negotia, vel saltam, ut plerique, non ea qua proposuerant,
animi attentione precentur. Hinc dim secundum Cucherum,
mel in sacrificiis offerri prohibebatur: quia resoluti blandime-
tis deliciarum, aut dulcedine voluptatum, non possunt my-
steriorum dei esse particeps.

Quarto cum ecclesia dicatur esse sancta pars est ut juvena-
litas uerbis, ut sanctam filius, omni aspiciat sine labe do-
num, viatoris carentem: porro sanctum importat mundicias
quo circa mania munda mundii: et ut ostendam gentes quoq;
nobiscum in his puritate senire, Plurimum libro de fidei
et Osirida, cui corum sacerdotio linguis uestibus uentur,
quod et nostra pietas instituit, unicam esse causam christi

mat, quod immortalibus dix omnia pura, munda q̄s conuenia-
ant non n. esse fas. Platone teste, pura deorum numina, et
purire e contaminatis rebus coli: quamobrem si cadaver in de-
lubris funerentur, paulo post futurum est, ut putridum fiat, ad
eſca uermium paretur: indeq; locus qui nitidus esse debet, co-
inquietur. adiuuat hanc rationem ea imperialis sancio: u:
bi legitur prima quippe illius usurpationis contumelia depel-
lenda est, ne predia usibus celestium secretorum dedicata sor-
didorum munera fecerentur.

Quinto forsitan huius constitutionis causam preslitit terrus
odor, quem inspirare solet multitudo cadaverum: etenim que-
cunq; diuinum officium perturbare queunt, a fano prouersi
arenda sunt: sed malus odor (quod est frequenter in ore me-
dicorum) est de prosternentibus naturam: prouinde uerendus
est ne retrabat orantes a contemplatione diuina, et presentim:
eos qui dedicationes sunt, aut potius infirmioris animi: quippe
mortui quamvis eos humus iuncta contegat, aliquid tamen se-
ditatis reddunt: ut ad sensum patet: et ex his percepitur, que
narrat Hystensis a Butrio relatus inquit n. q̄ luce cemiteri-
um debeat esse prope ecclesiam, tamen potest esse remotum, si
cut in gallia propter fetorem: quod itidem cognosci potest ex

illa duodecim tabularum lege, que mortuos in ciuitate con-
ducerebat in base uerba: In urbe ne sepelito, neue urito
quod et senatus consulto Duillo Consulo approbatum est. 13
Observatum est pariter apud Ulpianum. D. Adrianum pa-
nam quinquaginta aurorum statuisse in eos, qui in ciuita-
te sepulchrum fecissent: quis fisco inferri uoluit: eandem quo-
que paenam in magistratus statuit, qui id passi forent: quin:
et locum publicari mandauit: indeq; cadaver transferri: pro-
ficio coniectandum est, id ea de causa potissimum fuisse sanc-
tum: ne celum illud urbanum, unde proxime spiritus duce-
retur, tetraputrescentum corporum odor corruptum, pestem
aliquam importaret: ut Manutius, Gyraldus, alijs coniici-
unt. Neq; uero dissimulandum est, quod cum in diuinis edi-
bus obstrependum non sit, locus omnis perserepit dum graui:
bus agstris humus effoditur, ac effossa egeritur, coeteraq; pera-
guntur que ad monumentorum structuras attinent.

Sexto ecclēsia fuit instituta, ut in ea diuina res tantum aga-
tur: uidelicet aut quo imbūamur ibi salutiferis Christi pro-
cepis, iuxta illud luce x viij. et erat quotidie docens in templo:
uel ut benedicamus deo: cuiusq; auxilium imploremus. Hinc fu-
dith. v. conuocatus omnis populus per totam noctem intra ec-

desiam orauerunt petentes auxilium a deo: Hinc quodq; do-
mus orationis aliquando vocatur: uel ut illuc eamus ad of-
ferendum deo, et ad suscipienda diuina sacramenta: unde
deus. xxv. ad locum quem elegerit dominus deus noster, des-
cuntis tribubus uestris, ut ponat nomen suum ibi et habi-
tet in eo uenietus et offerens in loco illo holocausta, et uicti-
mas uestras decimas et primitas manuum uestrarum, et s-
uota atq; donaria: quadam si templum fuit ob hoc insli-
tutum, non est diutinis cadaverum sedibus designandum:
nam que certi usus gratia sunt parata, in aliud usum co-
uerti non debent.

S eptimo ualidum est argumentum de personis ad loca: un-
de quem admodum personarum officiorumq; distinctio spec-
tat ad dignitatem, et pulchritudinem eclesie, que in quo-
dam ordine consistit ut ait D. Ioh. citans reginam Sabam,
que ut legitur. vij. regum. x. uidens omnem sapientiam her-
monis, et habitacula seruorum non habebat ultra spiri-
tum: sic dicendum est de locorum distinctione, adeo quod
claustri, cemiterij, ecleſieq; diuisio ad dignitatem pulchi-
tudinemq; pertineat: que si uera sunt, si modo corpora fu-
nerentur in templis, dicitur ubi cemiterium: iuxta illud

Apostoli si totum corpus oculus ubi auditus?
Apostoli ad Cor. i.
Octauo secundum Prepositum ratio reddi potest, quia ec-
clesia est locus uiuentium et non morientium spiritualiter
in quo mortui peccatis, per sacramenta reuiviscunt: et a mor-
te culpe, resurgent in uitam gratiae: et ad hoc significandu
in delubris mortuorum corpora non humantur: Hec sen-
tentia, meo quidem iudicio, aspernenda non est: presentim
si addatur quod in eis sempiterna illa, et beatissima opti-
morum uita predicatur: tunc enim uideri posset eadem esse:
huiusce constitutionis ratio, que et illius precepti saluato-
ris est: quo Apostoli ne calcamenta pedibus induerent
fuerunt admoniti: illud enim ita interpretatur ad amanu-
sus, ut ipsorum pedes qui ad annunciatam felicissime uite
perpetuitatem properabant, omni carent mortalitate
indicio: nam et Moses cum exiret e terra Egypti, calceamen-
ta ex mortuis pellibus induxerat, quibus ueluti mortalitate
quadam constrictus erat: cum uero coepit per uirtutem pro-
ficiem, et ad montem dei condescendere, ibi immortilibus mi-
nistrare mysterijs, tunc ei praecipitur ut lora calceamentis sol-
uat, quia locus in quo confundet sanctus esset: hoc est ut indi-
cia mortalitati, que in pelleci calce designatur abuget.

R. Apoll. ad Rom. 2.
Non secundum tamen quia ecclesia est locus dedicatus Christo, et ibi precepsissimum eius corpus, et sanguis conficitur: qui resurgens ex mortuis iam non moritur, et mors illi ultra non dominabitur: ad cuius representationem mortui non conduntur in ecclesia.

Dreamo existimat Hug. fuisse hoc institutum pro reverentia loci, et sacramentorum, que ibi conficiuntur, et celebantur: quod Lapus quoq; dixit.

Videor mihi ipsi non solum multa iam et magna iecisse fundamenta constitutionis huius, sed haec etiam ad fastigium fore (ni fallor) extulisse: Que res non mediocrem? Ipm affert, fore ut in posterum tam pia dispositio tam in sublimi, stabiliq; loco posita, se tueri possit ab eniuaria praeue consuetudinis, que sacrosandas edes, in quibus est ipse rerum opifex, per spuriissimum cadaver malevolentie, et usq; adeo fatido fecerat tam sordida, tam profana polluere ipsum deniq; sanctissimum locum reddere Deo, hominibusq; abominabilem annuitat. Sed o tempora o mores: aliud insuper additur facinus, in ipso n. sepulchris que humiliora sunt, illud nostri Salvatoris signum inciditur, quod est a cunctis adorandum cui in manibus gestatur om-

1. Lapis in allegh. ss. in pri-
nes, debemus assurgere, honoremq; plurimum religiose impendere: crux dico ipsa insculpitur in abiectissimus tumulis, ubi passim a profanis pedibus non sine piaculo comprimitur. Credo equidem si daretur humanas ei depromere voces, hac iniuriam nobiscum sic expostularet. En ego igitur que sus Christianorum spes, acorum dux, conuersorum via, claudorum baculus, pauperum consolatio, arbor resurrectionis, lignum vice eternae mercor ut humili posita conspuar ab omnibus, atq; conculer? Si nos ab erroris cecitate liberaui, si tamen tenebris in lucem deduxi, si tandem sum uelut totius causa beatitudinis, cur iustum, ac debitam dignitatem mihi non restituitis? optimo quidem iure conqueretur: Proinde lex illa redeat, quam mihi corruptela nostrorum auorum, usq; ad nepotes deducta oblitterasse uidetur: que praefert buiurmodi titulum: Gemini licere signum Salvatoris Christi humili, uel in silice, uel in marmore sculpere aut pignere: valeat auctoritas exemplaq; maiorum Clichoneus in eo sermone q; *Parrhys habuit in collegio Scavarre de diuino Ludo*: *et Galliarum Rege, refert cum uetus insculpi crucis signum defunctorum tumulis, ne pedibus procularetur: ac edificasse, ne quoquo modo marmoribus, et saxis humili sternendis*

incideretur: verum nunc eo corrupti sunt mores, ut gene-
ralius exigant edictum: sunt enim qui gladiis, alijs ar-
morum generibus crucem incidunt, que cum sepius im-
pie crientur, sepius pariter illa in eis polluta conspici-
tur: Sunt etiam qui in parietibus ad quas alij meiere con-
sueverit, vel signum Salvatoris pingunt, vel diuum. An-
num pre manibus facies habentem: ut reverentia salicet,
aut timor plebem areat miscerentem. At plerumq; secu-
cuerit: quod an a' brutis fiat, vel in tenebris casu a' nostris,
vel consulo ab alijs improboris secta, non satis constat: il-
lud certum est, quod de pariete crucis signato, non sine ma-
xima optimorum indignatione, dicitur aliquando tale ali-
quid: Hunc perminserunt calones atq; caballi: Sed ut q;
pergam cur non ipsa Salyceti uerba recitem? qui sic ait
in commento illius legis, signum crucis non debet sculpi,
vel pingu in loco qui possit pedibus calcari hoc dicit lex
ista: Quod nota contra permittentes super lapidibus
pulcherrimum sculpi sancte crucis signum: Nec omittitur
azō idem comprobans subdit cum qui contra fecerit forca-
te plebendum esse ultimo supplicio: Sed ego quo ad pana
infligendam recentiorū interpretum sententiae calculum al-

bum adūcio: qui putant aliam rationem habendam es-
se eorum qui vel utilitatis, vel pietatis causa in hoc delique-
rint: ut cum simplices mulieres ponant quandam herbam
in figuram crucis sub pedibus, ut dolore alii leuentur mi-
norī pena afficiēt: minori abhuc qui absoluto fa-
uore, et reverentia Dei, ut y qui in sepulchrorum lapidibus,
sculpi faciunt crucis: quod si quis deprehensus fuerit id dolo-
fasse: arbitrantur eum fore pena mortis puniendum: Sed
ne extra chorū (quod aiunt) nimium saltare uidear ad
institutum redeo: Non est igitur in re proposita dissimulandum
quid si Deus adeo zelota est ut minimè ferre posse quidcum
per eius templum trasferatur: quanto magis credendum est
ut reprobaret quid uas uermium in eo diei permansurum pu-
tassere sinamus: Preterea maximo nobis est dedicari, si
nos qui Christi cultores sumus in hac re vincamur ab illis
quibus illius lumen non cluxit: valet enim interdum argu-
mentum ab exemplis paganorum: Memorat Plutarchus
a Lygуро legem latam fuisse ut secu' aedes deorum sepul-
chra construerentur: Rurum sana apud Egypcios tantum
uenerationis erant ut ne dum que por se spruce fuerint dis-
minabant ab ex ueritate eos quibus erat illorum cum vir-

missa unde subula nullum omnino templum ingrediebatur: ut poteris qui spuri simis animalibus presuissent: teste Pierio in Hieroglyphica libro nono: Sed mea quidem sententia nihil inueniri posset: quod sit cadavera spurius, aut tenuis, siquidem Sabathei, atque Arabes, nec non Sabaei defunctorum corpora stercoribus similia putabant, atque ideo regum suorum, et ducum cadavera in sterquiliniis caeno firmoq; obtegebant: Sic undique tot argumentis concluditur: fore omnino huic pie, sanctaque constitutioni parendum: quod que ut fiat omnibus libenter simis, in medium afferre constituti plurima conciliorum decreta, quibus hoc ipsum praecepitur: quod hac lege iubetur: itaque in sanctionibus bracaronis concilij quod Honorio primo sedente celebratum fuit sic legitur: Item placuit ut corpora defunctorum nullo modo intra basilicam sanctorum sepeliantur: sed si necesse est deforis circa murum basilica usque adeo non abhorret: nam si fermisimum prouilegium usque nunc retinent cunctatus, ut nullo modo intra ambitum murorum cuiuslibet defuncti corpus sit tumatum: quanto magis hoc uenerabilium martyrum debet reverentia obtinere? Gratianus ait: Quarensen quoque synodus cuius ergo supra memori sicut decreuistit Prohiben-

dum est etiam secundum maiorum instituta, ut in ecclesia nullatenus sepeliatur: sed in atrio: aut in portico, aut in ex edris ecclesia: Infra ecclesias vero, aut prope altare ubi corpus et sanguis domini conficitur, nullatenus sepeliantur: Extat postremo decima septima sanctio Tiberienensis concilij vocati sub Imp Arnolfo salutis anno D. CCC. XCIV. cuius talis est contextus: Secundum statuta sanctorum patrum, et experimenta miraculorum prohibemus, et praeceperimus ut deinceps nullus laicus in ecclesia sepeliatur: quidam mirabilis doctor nostrae definitione consentiens inquit, nemo enim in ecclesia sepeliatur nisi forte talis sit persona sacerdotis, aut cuiuslibet iusta bonitis, qua per uita meritum talam uiuendo suo corpori defuncto locum acquisuerit: corpora antiquitus in ecclesia sepulta nequaquam prouiantur: sed paumento super facto, nullo tumularum usignis apparente, ecclesia reverentia conservetur: ubi uero hoc pro multitudine cadaverum, difficile sit facere locus ille comitorum, et palandrum habebatur: ablato individuum, et constitutis uides religiose sacrificium deo ualeat offerre: Deinde huiusmodi in miniculis patrum memoria ligatum, et huiusmodi proponamus

refert miraculum in genuensi urbe contigisse: ibi namque
quidam valentius nomine, Mediolanensis ecclesia defen-
sor defunctus est: cuius corpus in ecclesia beati Martyrissi
sini sepultum est: Nocte autem media in eadem ecclesia
facte sunt uoces, ac si quis uolenter ex ea repelleretur: s
atq; traheretur foras: ad quas nimurum uoces cucurrite
custodes, et uidere duos quosdam tetricos spiritus, qui ex
iudicem valentij pedes cum ligatura constrinxerant: et eam
ab ecclesia clamantem animam foras trahabant: qui ui-
delicet exterriti ad sua strata reuersi sunt: manu autem
facto aperientes sepulchrum ubi idem valentius positus
fuerat, eius corpus non inuenierunt: cumq; extra ecclesiam
quererent ubi pniectum esset, inuenierunt hoc in sepulchro
alio positum, ligatis adhuc pedibus: sicut de ecclesia fure-
rat abiectum: Ex qua re collendum est, quia hi quo-
pedata granis deprimit, si in loca sacra se veliri se fa-
ciunt, istac ut etiam de sua presumptione uidentur,
quatenus ea loca sacra non liberant, sed etiam culpae tem-
nitatis accidunt: Quod iuxta sacra loca sepulchri profundunt,
quando bi qui indigunt: ab eisdem acris locis dimini-
tus proponuntur, ac uocata syndica dico misericordia mul-

tis expauescenda: ideoq; per futura temporum curricu-
la ab omnibus obseruanda. Sed obijicit aliquis?
antiquissimum tempus quo contrarius usus irrepsit: ita
enim est notum uetus statum adjicere maximum robur con-
suetudini ut demonstratione non egeat: quapropter ut Ho-
merus irruenti in praecorum castro, Hectori, Salaminium
Aiacem obiecat, ita et ego huic opponam seu ius illud po-
tificium ex quo colligitur q; prava consuetudo quanto an-
tiquior quia magis perniciosa est, tanto minus est obserua-
da: seu Iustinianum imperatorem dicentem malum uos
nullo unquam tempore confirmari: Rursus negotium fa-
cit, quod frequentius supplicatur pro mortuis humatis in
ddubris, quam pro his qui sepeliuntur in cemiteriis: cre-
bris enim illorum limina teruntur: et ubi quis illuc per-
ueniret, in memoriam facile reuocat amici corpus, quod in
motuamento ibidem sito quisicit: indeq; suis precibus ipsum
deo commendat: ut mibi usu cuenit, et ex alijs etiam cogno-
vi p; sentim mulieribus: que templum ingresso solene ut
plurimum prava pro defuncto supplicatione, aqua sacra
sepulchrum inspergere: Sentit hoc pariter diuus Augu-
stinus in libro de cura pro mortuis gerenda: Preterea con-

s. Greg. lib. 12. moralium
reg. 12. cap. 8.
1. fin. 12. cap. 8.
*u. fo. Christ. lib. de fide ac leg.
u. u. et sp. fane.*

Sidero quod cum in ecclesijs monumenta sepius inspiciantur, sepius quoq; admonemur nobis etiam moriendum esse: quia res quantum salubritatis afferat, nemo est qui nesciat: ea est potissima, cuius ope aduersum pravae cogitationes quasi vulcanijs armis muniti sumus, atq; armati. *Gregorio teste:* Qui considerat inquit, qualis erit in morte, semper pauidus erit in operatione: atq; inde in oculis sui conditoris uiuit: nil quod transeat, appetit: cunctis uite presentis desiderijs contradicit: et Seneca nil aque tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum quam frequens cogitatio brevis eui, et briuis incerti, quequid facies respice ad mortem: unde et eadem *ut opinor* ratione Platonem sue philosophiae scopum finemq; in assidua mortis consideratione posuisse uidemus: Sed quid in his labori cur non ipsas Jo. Christ. uerba subtaxam qui dilucidius hanc assertioni comprobant ita inquiens: Ita sane et circa sepulchra philosopham uidentes osa nuda, et humanam naturam controsam, et dissolutam, cogitamus statim, et inter nos disputamus, dicentes ecce quid tandem ex nobis sit, et quo abimus: confabulamur egredimur de sepulchris: et humilitatis nostrarer obliuiscamur: ad sepulchra ita unusquisq; proximo la-

quatur. O miseram o miseram nostram uitam: quid tandem ex nobis sit: quamvis autem sic loquamur: rapimur tamen ipsi ei licet sic clamemus, iniuriam tamen nostram ulciscimur: omnes enim plane ita philosophamur quasi malicie renunciatur: Et intus quidem tam prius sermones tractamus: Et propterea deus ubiq; sepulchre fieri uituit ut illis nostre infirmitatis memores fieremus: ideo omnis ciuitas, omne castellum, antrum ingressum sepulchrum habebat: et paulo infra subdit, ubiq; ante oculos est nostra humilitatis schola, et docemur in quo desinamus tandem: et videmus qualia futura sint Phantasmata: Hac tenus ille projecto hec nimis urgent, ni diluantur hoc pacto: scilicet ut ante ianuas templi cemiteria amstruantur: quod et eo canone uideri potest cautum, qui mortuas in templi porticu tumulare precepit: sic enim illuc tendenti in ipso limine se se offert amico monumentum: ex quo illud bonum sequitur quod proximo fuit animaduersum: Aliquis si cemiterio commode strui non possunt in ea parte que in predictabilis pateat expediret ut omnibus licent in ecclesia uel salutem ante foras eius colloccare non plus marmoris, quam quod uidebat Plato caperet quatuor uersus quibus?

Significetur humatum esse defunctum in cemiterio quod
est illius ecclesie. His itaque puto dissidium quod supra
retuli facile componi posse. Quod si fieri quid amplius ne-
cesser erit tamquam meretrices apud matronarum ceterum, sic
nostrorum cadavera prope diuorum reliquias collocare?
Ceterum quamvis hanc constitutio a deo sit generalis ut
neminem excipiat, Magocense tamen concilium ut re-
fert Gratianus censuit episcopos, abbates, dignos presbite-
res, fidelesque laicos hac lege soluendos esse in hęc uerba. Sul-
lus mortuus in ecclesia sepeliatur nisi episcopi, aut abbates,
aut digni presbiteri, aut fideles laici. Operpretum me fac-
tum duxi, si perscrutarer quid fuit cause ut cum istorū
manibus benignius ageretur, atque si paucis deinceps ostend-
erem nunquid hoc priuilegium spectet ad eos etiam quos
par, aut saltim maior ecclesiastice dignitatis gradus extol-
lit. Sed anteqꝫ promissa agorediar, explicandum puto
quid sibi uelint uerba illa digni presbiteri: quid pariter que
sequuntur fideles laici. Semper quo ad presbiterum attinet
omnia hic difficultatis essent plena, et propemodum in ex-
pliabilitate nesci. Archydiaconus, uno aut altero verbo subue-
nisce: erat enim dubitandum an dictio digni suisset adicita

presbiteri ornatus tantum causa: adeoqꝫ omnes hoc proui-
legio gaudent, aut uice versa num significaret hic eos tan-
tum sacerdos accipiendo esse, qui uel forent preter sacer-
dotium aliqua alia dignitas praedari: uel qui se probos in-
tegrorū seruassent. archydiaconus hoc ultimum recipit: mi-
nifica me. Hec interpretatio: is enim qui bene sederit su-
per cathedram honorem accipit cathedr.e: qui male sederit:
inuiriā facit cathedr.e: ideoqꝫ malus sacerdos de sacerdo-
tio suo crimen acquirit non dignitatem. Et hic intellectus
ea quoqꝫ de causa mihi potissimum arridet, quia modice ui-
detur ledere generalem regulam, ut nullus in ecclesia sepelia-
tur: pauci enim inueniuntur qui sacerdotes opere sint, quem
admodum e contra multi apparent quis sacerdotes nomine sunt.
Reliquum est ut ad fideles laicos me conferam: hic equidem
luctabor primum cum nugis aliquorum interpretationum: dein a-
periā quid uero sit: Globa igitur, cuius sententiam Archy-
diaconus mihi sequi uidetur, post uarias interpretationes eas
postremo comprobat, que fauet inique conuictuini funerali
cunctos in dedubio, preter gentiles, aut hos qui Christiano ri-
tu peccata sua non confitentur, priusqꝫ a nobis emigrant:
uel eos qui dimicarunt, ut eius utar uerbo, in torneamentis.

At ego presatus honorem docti alioquin unius quae ex quoque hoc
loco tradit partim falsa deprehendi. partim nulla ratione pro-
bari posse dico: nam si canonis extrema uerba comprehendere:
rent omnes fideles inanis pene fore illa prohibitio in univer-
sum, ut nullus in eccllesia tumuletur utpote que tantum ex-
cluderet, ut opinatur qui delictorum ueniam non perirent,
paulo ante ipsas uitam cum morte commutassent: quibus in tor-
neamentis pugnassent, aliisque per paucos. Sed liquido constat regulâ
eius esse naturę ut omnia comprehendat: Sec adduci possum
ut credam huiusmodi regulam fore latam contra infideles: et
cum non recte postmodum fuissent excepti Episcopi alijs ca-
tholici: namque palam est eius generis exceptionem esse debere;
cuius est regulâ. Preterea quemadmodum hoc decretum nō
loquitur de omnibus clericis, ita verisimile est ut non loquatur
de omnibus laicis qui fidem Christi profittentur: alioquin bis
esset plus indulustum q̄o clericis quod absurdum foret: Quod si
haec non sufficiunt ad elidendam ineptiam istius interpretationis.
addo legem nil frusta decernere: cur ergo instituta sunt
camiteria factumq; glade causa ut spatiū quadragintas
passuum extra cathedrales ecclesias, extra minoris uero tri-
ginta relinquatur? Exploratum est excommunicationum la-

queis irretitas in ea non inferri ceteraque perditos, et ab ecclesi-
a pratis rursus quod camiteriorum constructio necessaria sit
ex his facile colligitur quae memorat Beda in uita Edil-
burge abatis: refert enim quod illa diu multumq; animo
uoluntauit, et a reliquis sororibus saepe quisuit qua parte co-
struendum esset camiterium, cumq; nihil certi responsum fu-
isset, quod accepit deniq; responsum a deo: lux enim celitus
emissa locum demonstrauit, in quo mortui funerarentur. Pla-
ne cum felix illa beatissima mulier diligenter inuestigauerit,
ubi locus huiusmodi fuerat optandus, ac tandem is adeo fu-
erit ostensus: adducor ut existimem tantu[m] cura nobis esse de-
bere constructionem talem, quantu[m] solet esse res necessario
peragenda: Hinc olim maximorum Pontificum iuxta multa
liquet surrexisse camiteria: tradit enim Damasus Papa in
via Flaminia, Aurelia, portuensi signula fuli struxisse: memo-
rat idem in uita Marcelli Papae, et Martyris cum alteru[m]
edificare in via Salaria: scribit et alterum a Calisto con-
ditum fuisse, quod usq; in illam diem appellabatur cam-
iterium Calisti: meminit quoq; camiterij Calepodij quod si-
tum erat in via Aurelia miliario tertio: compertum est pari-
ter Bonifacium v. multa alia construcisse: Sed ne ducius in

bis ego remoner, id quod sentio magis perspicuum facit D*icitur*
Ambrosius qui cum dixisset quod cogente necessitate licet pa-
sum alii nati uasa sacra, declarat quando dicatur animi
nere necessitas hoc pacto: ut puta si uendantur pro alimo-
nia pauperum, pro redemptione captiuorum pro templo dei
adificando, et pro cemiterijs ampliandis? Quò circa si ne-
cessaria sunt cemiteria, et in eis profani sepeliri non debet
(ut proximè dixi) consequens est ut falso suspectur glossa
cunctos penè Christi cultores in ecclesijs huiusmodi posse: hoc n.
si uerum esset illa non forent necessaria sed potius superflua
sed pergam alias recensem. H^{ab} viensis uir alioquin eruditissi-
mus ita obtutus est insulsissimus n. enī ut ne speciem quides
sui retineat: is enim per laicos fideles, eos intelligit, qui distin-
tione potiuntur, ut est comes, rex, ac Imperator: asseritur quoq;
huic Joannes Bassianus: At obsecro quis usq; adeo lynceus
est ue comites, reges, ac Imperatores in hoc canone uideat?
profecto in eos dici potest illud Hemistichij: dant sine me-
re sonum. Arbitror eque falso esse illorum intellectum. S
qui dixerunt hic excipi eos tantum laicos per quos Deus me-
racula facit: ut ex posterioribus opinatur Propositus: in
hoc enim decreto nullum verbum habetur de miraculis. His:

sum facio Beatum Antoninum totamq; summis strarū cohortem: cum nulli expositioni se addixerint: tantu frē uarias aliorum lectiones referunt: Cgo illorum sententiae manus por-
rigo qui autumant uerba de quibus ambigitur, solum complectū laicos qui multum religiosi fuerunt, ac prope sancti ē
quorū numero est Joannis lupus in libro qui inscribitur de li-
beralitate ecclastica et Joannes de Selua de beneficio: Et pro
hac interpretatione animaduerto quod alternativa ponitur
inter equalia, uel parum distantia: qua de re dum canon dic-
tit uel fideles laici credendū est eos excepti, qui ita probe se
gesserint, ita sancti uixerint ut comparandi sint episcopici uel
Abbatibus, qui sane integerrimi presumuntur, cum tales elige-
di sint: comprobat pariter hanc lectionem concilium Tribu-
riense, quod supra retuli: in illis uerbis nemo in ecclastia sepe-
liatur: nisi forte talis sit persona quoq; per uitæ meritum talis
uiuendo suo corpori defuncto locum acquisuerit: Quamobros
licet omnes qui sacro baptiōmate sunt abluti uocentur fide-
les, non tamen omnes re ipsa fideles uiuere deprehenduntur:
multi nam sunt, in quibus fidelium mores ac merita mi-
nime spectantur. Concludendum est igitur e quod et 3

ueritas, et ut probavi res his expostulat, hunc canonem lo-
quens de his laicis fidelibus, qui non quidem uera tales extiterint:
Hoc autem suorum puto qui terrestria bona, cunctasq; mali de-
monis actiones quibus uerbo renuntiauerant uero postmodum
desperarent. Gregorio testa homilia nona supra uigesimali-
citate uerbis adeo sum oblectatus ut ipse mihi temperare
non possem quin hic ea transcriberem. Fortasse inquit unus
quisque apud semetipsum dicet. Ego iam credidi sal-
uus em uerum dicit si fidem operibus tenet: uera etenim
fides est, que in hoc quod uerbis dicit, moribus non contra-
dictit: hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus.
Paulus dicit: qui confiduntur se nosse deum, et mandata
eius non custodit mendax est: quod cum ita sit fidei nostra
ueritatem in uite nostre consideratione detinemus agnosca-
re: tunc enim ueraciter fideles sumus si quod ex uerbe pro-
mittimus, operibus complememus. In die quippe baptismi
tis omnibus nos antiqui hostis operibus, atque omnibus
pompis abrenunciare promisimus: Itaque unusquisque ue-
strum ad considerationem suam mentis oculos reducat: et si ser-
uat post baptismum quod ante baptismum spondit, certus iam
fatus autem negant. Hinc Ioh. ait qui dicit se nosse Deum?

quia fidelis est gaudeat. Haec ille: que si quis presbiterit op-
timus herculeus, ac prope sanctus habebitur: sed erit rara q;
uis in terris nigroq; simillima cygno: Ceteros itaq; bane s
lectionem improbantes, ut apud Ciceronem inquit uel Antoniu-
s uel Crassus non dubitabo inertia, et prorsus inscitie co-
demnare: Quoniam nunc explicata sunt que ad uerborum
interpretationem attinent pergam ad ea que restant: Quem-
admodum igitur glorijs Deus, ut dignis digna rependat
illas potioribus atollit insignis dignitatum, et premiorum u-
beriori retributione prosequitur: quas digniores agnoscat: et co-
mendat ingentior excellentia meritorum: sic et alma Mater
ecclesia eius sacra uestigia prosequens hoc ipso ducitur ex epli-
Quamobrem cum episcopos abbates, ac dignos presbiteris, la-
icosque uera fideles ingentiorum meritorum cumulus pro ceteris
commendet, merito sicut institutum quod eorum sepulchra stru-
antur in ecclesiis: quae sunt cemiterij digniores: ut salicet sin-
gulari honore decorati praelarius quiscent. His quoq; pres-
tit argumentum id quod a Gratiano refertur his uerbis: cui
pro laboribus multis pro moribus castis pro actionibus strenuis,
celioris loci premium debetur: et quod ita legitur in Justitia:
no codice titulo de officio prefecti pretorio affrue, et semper?

a. l. in nomine domini s.
gueriam idem C. de offi.
profec. pnt.

providemus unumquemque secundum labores suos ad meliores gradus producere: sed ut antiquiora repetam obseruatus est eo predarius esse monumentum et carent qui putant faciem iacturam sepulchri quod sibi uendicat in ignorem situm ac illos qui de Republica benemeriti sunt, quibus virtutis certos antecelluerunt, ibi minime fuisse conditos ubi qui e multis erant humabantur: sed ad selecta quedam loca, et portinus seclusa a vulgaribus tumulis, et ea quidem celebriora illatas esse: E quidem memoria teneo legisse apud Tullium libro secundo de legibus, tributum fuisse virtutis causa Publicola et Tiberio ut in ciuitate sepelirentur: Quod et Fabrius Valerius concessum testatur Plutarchus: quin ut idem in foro conderentur idem autor prodidit Pyrron Lyparcus decretis permisum fuisse tradidit eius qui triumphasset, ubi extra crematus fuisset ossa et cineres in urbem deferri, et componi: Iobucy dides inquit maximam grecis curam fuisse ut qui pro patria occubuisserent, longe honestiore funere afficerentur: et ut alia omittam quod Athenis iuxta Callisti monumenta sepultura tradebantur: quippe locus erat celeberrimus, cum ibi tantum pro patria occisorum cadauera tumularentur: Cæterum quis neget Episcopos qui supernas dolosissimi hor-

tis insidijs eiusq; conatibus aduersus communum gregem 3
euensis, mortalium animas operi simul ac verbo ad atben-
um illud celesteg; regnum perenni suo permanuras proue-
bunt, de republica christiana benemereri? Accedant hec que
leguntur in tractatu de officio delegati libro sexto uidelicet:
Pontificali dignitate præditis ob reuarentiam sacri officij, 3
quod exercent plurimum deferri conuenit, et eos plus alijs bo-
norari decet. Et ut præsequar nonne Abbates etiam qui fide
recti vita casti, gubernatione digni, quique monacorum opti-
mi eliguntur, de uniuerso benemerentur dum eos bene regit
quorum precios uniuersos adiuuant? In eadem quoq; causa
procudubio sunt digni presbiteri: ipsi namq; peccata popu-
li commedere dicuntur, dum suis precibus ea delent atq; s
consumunt: libet mibi pro his quoq; citare diuum Ambro-
sium qui dum trasferret corpora sanctorum Gernasi et Pro-
tasi, traditur hos humili uoce dedisse sonos: Succedantvis-
time triumphales in locum ubi christus hostia est: sed illes
super altare qui pro omnibus passus est: isti sub altari qui
illius sunt redempti passione: hunc ego locum predestina-
ueram mibi dignum est: enim ut ibi requiescat sacerdos ubi
offerre consuevit: bucus Ambrosius. Porro laicos etiam 3

qui ita se posserint ut sancti prope fuerint habiti. eodem se-
pulchro uero sunt honestandi, is enim bonus qui uirtutis est
premium; eorum p[ro]p[ter]e operibus debetur. Confert his quod in-
terprates litterarum monumentis passim prodiderunt: uideli-
cat quid ob sanctimoniam alicuius recedit ab universalis le-
ge: ac ne plura que pene inumerabilia sunt comedantur, duo 3
tantum subiectam exempla: Qui sanctitate inter ceteros ex-
cellet, ea lege solutus est, qua cauerit ut nullus laicus in Epis-
copum eligatur, ut comprobat Gratianus exemplo Beati se-
ueri. Si Nicolai et Ambrasi[us] Rerum quatuor constitutum sit
eum qui christianam fidem dum agrotat agnoscit sacerdotes
creari non posse, tamen huiusmodi constitutioni non est obnox-
ius qui postmodum christa cultui deditusimus esse compertus
fuerit. Sed quod hanc tenus explicatum est de his pruilegiis
ita fore intelligendum existimo, ac ut aiunt quan grano salis
condendum, ut scilicet non ideo concessum sit ei prope altare
ut uenerandum. Saluatoris corpus conficitur, uel in i[ps]is sac-
torum loculis monumentum adificare: ita enim interpretan-
dum est pruilegium, ut in alterius iniuriam non redundet.
Qua ratione nego secundum est ut horum sepulchra tollan-
tur alius q[uod] alesaria quod etiam ea presentim de causa praia-

neendum est, ne uanus Egyptiorum ritus redire uideatur no[n]
mediocriter improbatu[s] a diuo Antonio: quibus mos erat s[ed]
nobilium corpora non bumare sed alte super lectulos posi-
ta conseruare. Illud quoq[ue] obseruandum est, ne si forte quisq[ue]
laicus curriculum uite religiosissime consecrare dicatur in ec-
cl[esi]a funeretur, nisi uel sanctitatis fama publice in omnes
obstrepat uel alijs legitimis documentis perspicua sit qualis
tas enim qua adducitur probanda est. Hoc autem de epis-
copis ac abbatis dici non debet: etenim cum ex eorum di-
gnitate summa integritas coniiciatur, huiusc probationis R. c. art. 2. 2.
onere iure levantur. Hinc est quod in eo canone simpliciter
episcopi ac abbates excipiuntur, ut scilicet ostendatur quid
optimi censemur ij ex quo sunt ea dignitate prediti, proin-
deq[ue] digni ut condantur in templis isto quod eorum probitas
liquido non constet: & contra cum presbiteri simpliciter
propij non fuisse, non omnes tale sepulchrum promoverique
sed tantum qui digni id est boni fuisse probantur. Illibet
go de cunctis ex eorum carictate non tantum coniurare domini-
tis ut in dubio iudicaretur eas hoc honorare dignas, uel quia fousi-
tan eo tempore q[uod] plura initabantur temere quod ex hodiis
presentum apud ceteras gentes factum uideamus, uel quoniam

u. c. ueritatis v. 4.10.
u. c. maxima g. 5.
*b. c. non dico de mali
u. c. cum dilecta de ambi
us. uel. inue.*

tanta probitas in eis non requiritur quanta in episcopis et abbatibus: qui cum ad aliorum regumen uocentur ceteris lo-
ge prestantiores eliguntur: uerum quia conjectura ueritatis
cadit: si lucide constabit episcopum quempiam uel abbatem
in humane huius uite illecebris, que nos arcei poculi in-
star in feras bestiasq; conuertunt: continuo ueratum fuit:
puto quod in sacris adib; eorum reliquie condii non debe-
ant: nam si Deus offenditur quando corpus Christo destina-
tum in illis bumatur, ut exemplis comprobatum fuit, perni-
diculum est ascerere dignitatem huiusmodi tanti est, ut De-
us non agrefrat aliquum flagitiisarimum qui fuisse ea pre-
ditus in templo sepeliri: si quidem superno numini magis
is abominabilis est: cum dicat Gregorius in pastorali: nono
amplius in ecclesia nocet q; qui peruerse agens nomen uel or-
dinem sanitatis habet: binu alibi dicitur deterius quippe
in populu prelati ddinquent, ac per hoc ipse crudelius q; ex-
enti perciuntur. Extremum illud est, ut explicem num: 3.
quod hic tribuitur episcopis et abbatibus ad quaquam ali-
um ponit extendi: Iurum est notissimi ad eascum similem ex-
ceptionem trahi: quare in mea me fallit opinio credo pa-
re nunc, ac ei magis maius ab hoc beneficio non excludi-

Qui autem ij sint ego uel in exactissimum iudicium sanctissi-
mae tue maiestatis repono, uel eius amplissimi vicarij: a Bal-
do sumens exemplum: qui dixit quod ad iudicem declarare
pertinet, quid simile sit rei de qua agitur.³

*3. Del. in c. cum speciali col.
2. uer. quero una cum Br.
de 422ell.*

**KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION
FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY**

END

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

**This film may not be removed from the depository. No part
of this film may be reproduced without written permission
from St. Louis University.**

KP 23007